Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

apud patrem. Est qui accusat uos. moyses in
quo uos speratis. Si enim crederetis moysi. cre
deretis forsitan et mihi. De me enim ille scripsit. Si autem
illius litteris non creditis. quomodo uerbis meis cre
ydiebitis. Feria. vi. Pl. Genesis. Ydetis.
Dixit ioseph fratribus suis. Audite somnium
meum quod uidi. Putabam nos ligare manipu
los in agro. et quasi consurgere manipulum
meum et stare. uestrosque manipulos circumstantes
adorare manipulum meum. Responderunt fra
tres eius. Numquid rex noster eris. aut subiciemur
dominatui tuo. Hec igitur causa somniorum atque ser
monum. inuidiae et odii fomitem ministrauit.
Aliud quoque uidit somnium. quod narrans fra
tribus ait. Ecce per somnium quasi sol et luna
et stellas undecim adorare me. Quod cum pa
tri suo et fratribus retulisset. increpauit eum
pater et dixit. Quid est quod uidisti hoc somnium
quod uidisti. Nunquid ego et mater tua et
fratres tui adorabimus te super terram. In
uidebant igitur eum fratres sui. pater autem rem tacitus